

rentes proprias filias turpis quæstus causâ prostituentes infamiâ notati ultimi supplicii pœnâ afficiuntur, *Farinac. part. 4. in pract. crim. tit. 16. q. 144. §. parentes, nu. 57. & seqq. num. 63. Steph. hîc, in init.* Vide tamen *Bernh. Zieritz. hîc, verb. pœnam jure communi, Gobl. hîc, in auctario*, ubi dicit, per sese, vel apud Ethnicos lenocinii crimen esse detestabile, & abominandum, imò suspendio dignum, *Petr. Rebuff. de sentent. provis. glos. 12. n. 4.*

## ARTICULUS CXXIII.

*Pœna lenocinii.*

Lenones, sive lenæ pro delicti qualitate exilii, aut famosæ catamidiatio- nis animadversione, aut aurium abscissione, virgarū castigatione, aliave simili multâ coërcendi sunt, *Zieritz. & Steph. hîc.* Si enim non essent sæpè lenones, neq; adulteria, neq; stupra committerentur, sicut sæpè non essent latrones, neque grassatores, aut certè diu latere non possent, si nulli essent receptatores, quod proinde pessimum genus vocat *Martianus in l. 1. ff. de recept.* Videantur *Rittersh. in jure Justin. p. 12. §. 7. num. 1. cum seqq. Matth. Berlich. par. 5. concl. pract. 40. per tot. & re- ctissimè Goblerus hîc, in auctario* scribit, hoc genus hominum non in triviis solùm, & angeportis sustineri, verùm etiam propemodum Principibus esse intimos, atq; gratissimos, ut quam ipsi deperire nequeant, illorum ope attentent, & in suam nassam, sententiamq; pertrahant. Vide de lenonibus *Jacob. Menoch. (cujus laudes vide apud Fuly. Pacian. de probat. lib. 1. c. 1. num. 12.) de A. I. Q. lib. 1. q. 88. n. 15.*

## ARTICULUS CXXIV.

*Pœna perduellionis, seu proditionis.*

Totum orbem repletum esse proditoribus, dicebat *Ludovicus Sfortia*; & *Philippus Macedonum Rex* proditiones amavit, proditores non item. Ego, *inquit Aurelianus*, proditorem amare non potui, & libenter tuli, quod eum mili- tes occiderunt. Quomodo enim mihi fidem servaret is, qui patriæ non peper- cit? Præclare apud *Xenophontem Critias* dicit proditionem formidabiliorem bello esse; quod difficilius sit clandestinas insidias, quàm apertam vim cavere, *Gobler. hîc, in auctario.* Hinc illud verum nimis *Magni Leonis*: Plus plerumque periculi est in insidiatore occulto, quàm hoste manifesto. Eleganter doctissi- mus *Carolus Scribanus in Instit. Politico-Christ. lib. 1. c. 3. p. 22. 23.* Facilius cautio est, ubi manifesta est formido, & ad certamen minus tunc præstituitur, quando se adversarius confitetur: plus timèdus & cavendus inimicus, cùm latenter surre- pit, quàm qui per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit, unde & ser- pentis nomen accepit, *Cunrad. Dieter. in Analys. Evang. Dom. 8. post Trinitatis, par. 1. doctrin. 9 p. 255.* Quisquis igitur malitiosâ proditione deliquerit, in quatuor par- tes ex more scindatur, aut secetur. Si verò mulier fuerit, mergatur. Quod si verò per hanc proditionem singulare aliquod damnum alicubi inferri possit, ut con-